

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Loquacitas f
cum fonte primo

Verba uoluere et

apud imperitum uulgus admirationem
sui facere indoctorum hominum est.

Nichil tam facile
quam uilem plebem et
indoctam uolubilitate lingue
decipere que quicquid non intelligit,
plus miratur.

Ieronymus ad Nepocianum.

uerba uoluere et
celeritate dicendi

apud imperitum uulgus admirationem
sui facere indoctorum hominum est.

adtrita frons interpretatur saepe, quod
nescit, et, cum aliis suaserit, sibi quoque
usurpat scientiam. praeceptor quondam
meus Gregorius Nazanzenus rogatus a
me, ut exponeret, quid sibi uellet in Luca
sabbatum δευτερόπρωτον, id est
'secundoprimum', eleganter lusit:
'docebo te' inquit 'super hac re in
ecclesia, in qua omni mihi populo
adclamante cogere inuitus scire, quod
nescis, aut certe, si solus tacueris, solus
ab omnibus stultitiae condemnaberis.'

nihil tam facile,
quam uilem plebiculam et
indoctam contionem linguae uolubilitate
decipere, quae, quicquid non intellegit,
plus miratur.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 52,
8, 1-2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., pp.428-
9, ll.20, 1-12).